Illustri Zulichemii
Dynastæ,
cum Dies suos festos, sacro
Dominicæ festo die,
mihi mittere dig-
natus est.

Dum grates acture, tuo te, Belga, Tonanti
Subjicis; et festo fas vetat esse die;
Vescimur ambrosia tamen, et nos nectare sacro
Pascis, Hugeniadum Gloria summa domus.
Me satiare tuum est. ista plus esurit esca,
Inque Creatorem mens mea rapta suum,
Hoc sensit; quod non constantius æthere in alto,
Quam Constantino vim faciente, stetit.
In se mox rediens, cecidit miserabilis in te.
Da veniam, unius me facis esse Dei.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Eidem, in genere epigrammatico,
Principi Poëtarum,
tempore ambitus mei.

Omne tuo tangis, quod vis epigrammate punctum,
Hugeni, ingenii spes columenque mei.
Molior hoc etiam; sed te contingere nitor,
Te, cui plus quovis carmine mentis inest.
Tu scopus es, tu meta mei. dulcedine dudum
Abripis. hoc superest nunc, et honore petes.
Tunc dicam, vates hic miscuit utile dulci;
Quo tacto, punctum tactum erat omne mihi.

Ignosce, Vir summe, tenuitati meæ; et vatem, qui suspicit Eruditissimè, ex humili, quo stat, loco summas tuas et in excelso positas illustrissimæ mentis dotes, ne despice quod liberius tecum agat, quem benevolentia dudum servitio adstrinxisti tuo, humillimum clientem

C. Boyum.
1645

1. febr. 1645.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boy) 8
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3891

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boy) 8
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3891

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boy) 8
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3891

Myn Heer,

Myn Heer van Zulichem &
Monnickeland. etc.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boy) 8
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3891